



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119193

§. 91. Acta in caussa quatuor Gallorum Præsulum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67332)

quas tamen ipse acceptare recusans, Sæc. XVII.
nonnisi ex meritorum suffragio ab Ale- A.C. 1667.
xandro VII. Purpuram obtinuit, jam
tum ipsius quoque thiaræ Pontificiæ
dignissimus.

§. XCI.

*Acta in causa quatuor Gallorum
Præfulum.*

Peractis omnibus, quæ Romani Pon-
tificis electionem sequi solent, so-
lemnitatibus, Clemens IX. Pontifex to-
tum sese promovendæ Reipublicæ Chri-
stianæ applicuit, ac præcipue memor
eorum, quæ Deo, quæ Dei Ecclesiæ,
& quæ gregi suo deberet, non modo
concordiam profanam inter Principes
Christianos, sed etiam Ecclesiasticam
pacem inter dissidentes Franciæ Præ-
fules reddere sategit: Ea de re præpri-
mis novem Episcoporum delegationem
in causa quatuor reclamantium Præ-
fulum a suo Prædecessore factam con-
firmavit, insuper præter Fridericum
Borromæum Patriarcham Alexandri-
num, quem ad Franciæ Reginam ab-
legaverat, Petrum quoque Bargelli-
num Thebarum Archiepiscopum ad Lu-
dovicum Regem decrevit, qui in pro-
movenda formulæ subscriptione stren-
uam egregiamque navabat operam,
necnon

Sæc. XVII. necnon ab ipsomet Rege quædam
A.C. 1667. petrabat decreta, quæ quidem specie
 præferrent poenæ Episcopis contumac
 cibus irrogandæ, re tamen ipsa eo col
 limarent, ut Episcopos incusso salutari
 terrore ad obedientiam Pontifici pre
 stantiam adigerent. Attamen, quo n
 unus Pontifex ad ipsam Episcoporum
 damnationem juxta Regis' totiusq
 Cleri Gallicani vota procederet, ob
 stabant difficultates quamplurimæ,
 prudens majoris mali timor; haude
 nim incognitum erat, contumac
 factionem auctoritate, numero & vi
 bus indies crescere, eamque parti
 Regiorum Ministrorum favore, parti
 Parlamenti imo & regii sanguinis fa
 minarum patrocinio firmari, partim
 quatuor hisce Episcopis plerosque So
 bonæ Doctores, Regni Curias, necno
 etiam Religiosos in contumaciæ loci
 tatem pertrahi.

§ XCII.

*Novendecim Franciæ Episcoporum h
 teræ ad Papam & Galliarum Reges
 in favorem quatuor Episcopo
 rum contumacium.*

*Abrege de
 l'Hist. Eccl.
 tom. II.*

Enimvero haud vanus erat summi Po
 nificis timor; brevi enim Romæ in
 notuit, quod novendecim alii Franciæ
 Epis-

